

addici cruciatibus, qui Baptisimi expertes
 è viuis decedant, vt tametſi valētes
 Chriſtianæ legis conditiones, ſuo ſenſu
 paullò aſperiores, haud facilè ſubeant,
 moribundi tamen Baptiſinum ingentis
 omnino beneficij eſſe ducant, cupidèque
 appetant. Cuius doctrinæ quoniam Pa-
 tres Societatis auctores habent, eamque
 combiberunt intimis ſenſibus, eius ſua
 ſponte illos admonent, & memores eſſe
 iubent, quoties popularium quis deterius
 affectus decumbit, hortanturque ſuos
 Doctores vti obitum ægroti præuertant,
 ſalutaribus aquis luſtrantes, antè quàm
 occumbat. Atque hos quidem animorum
 motus, in barbariſſimis alioqui homini-
 bus, biennij cultura, & ea quidem non
 aſſidua, ſed frequentibus interpellata
 difficultatibus, duo Patres effecerunt,
 non leuibus certè momentis ad Euangelici
 verbi ſatus in ea gente magnis incremen-
 tis propagandos. Quam ad propagationem,
 ſacrarum precationum, & Baptisimi
 inuſitata vis, inſignibus aliquot docu-
 mentis apud eam nationem interdum
 prodita, incitamento non mediocri vi-
 detur